

Sanctissimo sibi dari in Gallijs iudicem cui satisfaciat, aut purgatione aut penitentia.

Archipresbiter decreta noua ueteribus addit, censuras indies fulminat, Bullam Pontificis iniquissime declarat; in quo, et authoritatem suam excedit et Canones transgreditur: necesse est ista à Sanct<sup>mo</sup> declarari, An facultates suæ ad hæc tria se extendant; ad decreta facienda, ad censuras alias quam quæ in literis Institutiis nominantur infligendas, ad Bullas Suæ Sanctitatis declarandas.

12. *De modo procedendi Sacerdotum qui Appellantे dicuntur: quedam à Jesuita quodam scripta et in Angliam missa, Romæ 27 Apr. 1602 Stylo nouo.<sup>a</sup>*

54, f. 127b.

Neapoli et Mediolani magna militum collectio et belli apparatus sed quorsum nescitur, iterum tentanda dicitur Hibernia: Dux Feriæ in Siciliam uti Prorex transfretauit; in transitu P. Personium ad Ostiam Tiberinam ad se uocauit, qui adhuc ad nos non redijt. Sacerdotes Appellantēs in turbulentō suo negotio persistunt, et plura sibi pollicentur quam in fine inuenient. Papa agit cum illis clementē et paternē ueritus, ne cum uasa sint fragillima, penitus frangantur si alitē cum illis ageretur; importunē egerunt, cum Papa, ut interea [judicio] eius ab imputatione Scismatis liberarentur sed semper ad Breue rei ciuntur et illis imponitur silentium, sicut et alijs, quoad illam attinet controversiam; libros posteriores negant, latinos duos solum agnoscunt, et se vidisse confitentur, Spem pacis,<sup>b</sup> et Exemplar discursuum.<sup>c</sup> Propositiones, quæ in ijs continentur pro hæreticis agnoscunt quod illos d'no Londinensi

<sup>a</sup> The English original of this letter was forwarded by Phelippes to Sir R. Cecil on May 4 (*Cal. S. P. Dom. Eliz. cclxxxiv.*). Other letters, now in the Public Record Office, came from the same source, perhaps designedly, into the hands of the government. Compare Foley's *Records*, vol. i. (Letters of Father Rivers, etc.), and *Jesuits and Seculars*, p. cvii seq.

<sup>b</sup> *The Hope of Peace*, by John Bennet.

<sup>c</sup> *Copies of certaine Discourses*, by Champney, Mush, Bishop and Bennet.

gratos faciet. Si ullo modo Canonicè probari potuerit illos illis libris fuisse consentientes, proculdubio seueram sentirent sententiam, sicut euenire est uerisimile illi qui libros illos composuerit quicunque fuerit.

Rex Franciæ, et aliqui Prelati et personæ principales eius Regni ad Papam scripserunt literas pro ijs commendatitias.

D'nus de Betun, Regis Franciæ in urbe orator, eorum partes mirifice tuetur, quod in causa est cur benignius et humanius à Papa et Cardinalibus tractantur ; dicunt semper VVatsonum dignum esse qui publicè per plateas uirgis cædatur. Vnus ex Appellantibus cum illi a Burghesio VVatsoni libri ostenderentur dixit, **54, f. 128.** Inter 12. Apostolos vnum fuit Judas ; prætendunt multa, Archipresbiterum nimirum deponi, et 3. episcopos constitui qui Ecclesiam Angliæ regant. Alias ut 6. Archipresbiteri instituantvr, et horum singuli singulos constituant assistentes, et ut 2. sint sindici, qui omnibus præsent, hi autem ut suffragijs elegantur et sint annui. Alia huiusmodi multa commenta habent quæ uiris sapientibus non possunt non esse ridicula, præterea propositiones eorum procuratoribus Achipr. sunt traditæ ut uideant et respondeant.

Vlto Appellantes dicti libentissimè de unione aliqua et fraterna Compositione audiunt, seque id desiderare significant. Papa ab hoc etiam modo procedendi non abhorret, ut preterea nihil sit actum adhuc.

Ex libris 39 propositiones erroneæ in fide producebantur, aliæ scandalosæ cum forma quadam. Hodie D'nus Musheus conuenit procuratores Archipresbiteri in domo Cardinalis Burghesij, et illis significauit se valde cupere ut res ad Arbitros remitteretur et fraterne inter nos finiretur, se autem libentissimè velle in condemnationem propositionum dictarum subscribere ; dixit preterea se literas accepisse à fratribus suis in Anglia recentes ubi omnes ad unum VVuatsoni libr. condemnarunt, quod ipsum illico Cardinali significauit, et multum in Vuatsonum inuectus est. Romæ 27 April. 1602.